Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Pescenius festus. Carthaginenses.

Bellona

Quimulianus in phanatico.

Isidis dee sacra.

Lucanus

Osyris

Cereris sacra.

sanctu: aut quid in prophanis locis faciunt: qui inter aras deorum suma scelera omittunt: Pescenius festus in libris historiarum per sarcasmum refert carthaginenses saturno humanas hostias solitos immolare: et cum victi essent ab Agathocle rege siculorum: ratum sibi deum putauisse: si aliquo gentium pactum solueret: ducentos nobilium filios immolasse: Tantum religio potuit suadere malorum: quae peperit sepe scelerosa atque impia facta: Cui ergo demens illum hominem illo sacrificio consulebant: cum tantam partem ciuitatis occiderent: quantum fortasse Agathocles quidem victor occiderat: Ab isto genere sacrorum non minoris insaniae iudicanda sunt publica illa sacra: quoz alia sunt mris: in quibus homines sui ipsis uiris uiri sunt: Amputato h. sexu nec uiros se nec feras faciunt: Alia uirtutis: quam eandem bellonam uocant: in quibus ipsi sacerdotes non alieno: sed suo cruore sacrificant: Secti namq; humeri & uraq; manu dextra tos gladios exercent: currunt & efferuntur & insaniunt: Optime igr Quimulianus in phanatico istud inquit: Si deus cogit natus est: & ne hec sacra sunt: Non satius est pecudum modo uiuere: q deos: tam impios tam prophanos: tam sanguinarios deo colere: Sed unde isti errores & haec tanta flagitia manauerint: suo loco differemus: interim uideamus & caetera: que carent scelere: ne studio insectandi uideamur eligere peiora: Isidis aegyptia sacra sunt: quatenus filium puerum uel perdiderit uel inuenerit: Nam primo sacerdotes eius deplorato corpore pectora sua tondunt: lamentantur: sicut ipsa: cum perdidit fecerat: Deinde puer producitur quasi inuentus: & in letitiam luctus ille mutatur: Ideo Lucanus: Nunq; satis quesitus olim. Semper h. perdunt: semper & inueniunt: Refertur ergo in sacris imago rei: quae vere gesta est: Quae profecto: si quid sapimus: declarat mortalem mulierem fuisse: ac plene orbum: nisi unicum respexisset: Quod illum ipm poeta nume fugit. Apud quem Pompeius adolescens morte pris audita haec loquitur: Euoluam busto iam nume gentibus: Isym & rectum hono spectam puellis osyrim: Hic est osyris quem serapim vel serapidem uulgus appellat: Solent h. mortuis consecratis nomina imutari: Credo nequis eos putet homines fuisse: Nam & Romulus post mortem Quirinus factus est: & leda Nemesis & circe maneta. & sino postq se precipitauit Leucothea mirq mutata: & melicertes filius eius palemon atq portunus: Sacra vero cereris eleusinae non sunt his dissimilia: Nam sicut ibi osyris puer planctu mris inquirtur: ita hic ad incestum patrii matrimonii rapta proserpina: quam quia facibus ex ethne vertice accensis quesisse in